

**Dissertatio medica de ingenti variolarum diversitate / [Johann Friderich Braun].**

**Contributors**

Braun, Johann Friderich, active 1721.  
Hoffmann, Daniel, 1695-1752.  
Universität Tübingen.

**Publication/Creation**

Tubingae : Typis viduae Joh. Cunr. Reisii, [1720]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ksmj6z4n>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

2. D. B. V.  
DISSERTATIO MEDICA  
DE

INGENTI  
VARIOLARUM  
DIVERSITATE,

QUAM  
DEO DUCE,  
Gratiosæ Facultatis Permissu,

PRÆSIDE

DANIELE HOFFMANNNO,  
Medicinæ Professore Extraordinario,

Nat. Cur. Coll. d. Nicerato,

Publico Examini submittit

RESPONDENS

JOHANN FRIDERICH BRAUN,

Duttlingensis.

Ad Diem Jul. MDCCXX.

---

TUBINGÆ

Typis Viduæ Joh. Cunr. Reisii.



PROFESSOR

INGENT

ARIOLARUM

DIVERSITATE

DEO DUCE

Gentilis et Christiani

FRATRES

NILS HOFMANN

Ordinarius

Nat. Cur. Coll. d. Nicero

Publicus

RESPONDENS

JOHANN FRIDRICH BRAUN

Publicus

Nat. Cur. Coll. d. Nicero


RESPONDENS

Typis Nicolai Joh. Godefr. Reiss





Σ. Θ.



Nŕam atque occasionem quædam de ingenti variolarum diversitate Exercitii Academici gratia scribendi nobis dederunt funera aliquot extinctorum variolis infantum, qui præ multis aliis vegeti antea, boni corporis habitus, sani omnibus viŕi, hoc morbo Epidemio, aliis debilioribus viŕis illum toties feliciter, imò sine magno periculo superantibus, ante aliquot septimanas occubuerunt. ceat ergo has differentias attentius examinare, earumque causas ac rationes, specimine hoc Academico, rimantur tantisper, quod feliciter cedat, faxit Supremum in cœlis Numen.

Antequam verò ipsas differentias tangam, modum invadendi variolarum, etŕi mirè variantem, obiter saltem attingere debet, atque ad ejus analogiam dein reliquas plerarumque circumŕtantiarum differentias subjungere. Incipit autem ipsa Lues generèâ fœdior morbus, nulli conditioni, nulli ŕexui, nullique ætati parcens, plerumque commotione quadam febrili plus minus intensâ, cum ŕomnolentia, pandiculationibus, palpitatione cordis, inappetentiâ, & solidorum maxime ciborum averŕatione, reŕpiratione citatâ, Cephalalgîâ, nonnunquam & ventris,



dorsive doloribus, tussi, vomitu, hæmorrhagia, spasms & Epilepsia, aliisque phænomenis ac molestiis numerosis ac vibus, quas non jam prolixè tangemus, uti nec Controversiam illam quorundam inde exortam, an scilicet variolis semper juncta sit febris, nec ne? multis tum à ratione, tum ab experientiâ conquisitis argumentis negativam statuentibus, hoc cum dicimus, perpensis probè omnibus circumstantiis, impossibile nobis videri, sine febre, ad minimum sine ullâ febris commotione veris variolis laborare posse quenquam, cum non sine fortiori sanguinis despumatione ac motu, cum ejus turbatione conjuncto, à centro ad peripheriam & ambum corporis expelli possint. Istiusmodi verò febrium innumeri sunt gradus, quorum aliqui mitissimi cum sint, vix animadvertuntur, & sic sine febre videntur oriri tales variolæ, aliarum æ febrilis satis apertè se exerit, licet non semper justa, ut videtur cum malignitatis gradu, proportionem. Hæc scilicet sanadeo malignitas, multis dubia, aliis negata, omnibus satisfactione indolis occulta, præcipuum tantæ, quæ circa variolas currit, diversitatis fundamentum est, unde alii tam leviter borant, alii gravissimè, acutissimè, & lethaliter.

Differentiæ verò istæ variolarum, si hoc loco sint contemplandæ, eas tam ratione subjectorum, eorumque constitutionum, quam ratione variolarum in se consideratarum rimamur, libetque id agere ordine primum obvio, secundum Medicis dictas Naturales, Non Naturales, & Præter Naturas, quæ & differentias & differentiarum rationes nobis suggerent evidentiùs, ad eas & cudendas & agnoscendas aptissimæ. *Temperamenta*, quantum in variolarum differentiis habeant momenti, vel ex generali illo ad omnes morbos temperamentorum respectu facile est colligere; nullum quidem temperamentum excluditur vel excipitur, sed omnes eorum species, quæ modum sunt diversæ, huic morbo, ejusque differentiis sunt noxiæ; interim tamen non levis intercedit differentia in



um temperamenti magis cholericī, & alium temperamen-  
 ohlegmatici, hoc morbo laborantes, quorum prior ob æstum  
 orgasinum sanguinis fortiolem, majoremque ac faciliorem  
 tituum commotionem gravius decumbet, gravioraque cæ-  
 is paribus patietur, tam in morbi exordio, quam in ipso de-  
 fu, symptomata, qualia inter sunt, ingens Cephalalgia gra-  
 s, sitis urgens, difficultas respirandi, anxietas insignis cum  
 essione quadam circa præcordia, deliria, frequentissimi terro-  
 , ac corporis concussiones, imò & convulsiones; cum alter  
 st sensum aliquem frigoris tolerabilem ac valdè mediocrem  
 tiat per corporis ambitum calorem, reliquaque symptoma-  
 etiam in ipso morbi decursu post exanthematum eruptionem  
 periat admodum mitia & lenia, imò in ipso tempore ap-  
 ratus atque eruptionis insignis sese offert ratione tempera-  
 ntorum differentia, cum in ægris temperamenti calidioris  
 unda mox aliquando die vel tertia, in aliis frigidioris natu-  
 ac temperamenti vix quinta vel sexta die prodeant, ac  
 impant, cum hac differentia admodum notabili, quod in  
 oribus subitò ac conjunctim per omnem corporis ambitum  
 odeant exanthemata, in posterioribus verò, minus calidi sci-  
 et temperamenti, dicto tempore paucæ e. g. in pectore vel  
 bi compareant pustulæ, aliis in reliquis corporis partibus len-  
 admodum gradu subsequentibus; etsi diffitendum non sit,  
 am has regulas habere suas exceptiones, ob insignes anoma-  
 s horum morborum. *Humores* insignem obtinent in variolis  
 versitatem, constantis enim ferè hoc est observationis, agro-  
 tes habitus corporis athletici, corpora succi plena, uti in  
 nibus morbis, ita quam maximè in variolis gravius decum-  
 re, majusque ac gravius vitæ periculum incurrere: Nam cum  
 gna humorum copia, si non semper, sæpissimè tamen, maxi-  
 apud infantes, conjuncta est humorum impuritas ac caco-  
 ymia, aut saltem propensio ad eam, ac dispositio propinqua,



quæ data levissima occasione facile in pravos motus erumpere, reliquamque succorum massam in sui consortium trahere valet, unde tales etiam ægros plerumque confertim ac magno numero, non sine discrimine satis manifesto, obsident variolæ; de statu tali athletico *vid. Heurn. ad aphorism. Hippocr. Sec. I. 3.* Quoad ipsas *Partes* variolis obsessas maxima intercedit differentia; Quibusdam totum corpus cum omnibus ejus extremitatibus variolis, exanthematibus illis fœdis, adeò obfutum est, ut vix extremitate acus cutim à tali pustula immunam ac liberam tangere possis, quod maximè in cohærentibus confluentibus, sæpissimè malignis, obvium est, iisque sic totum corpus crustâ quadam fœdâ obductum conspicitur; huc pertinet muliercularum observatio, qua prætendunt, iis infantibus variolosis, quibus infima corporis pars, plantæ scilicet pedum vel plane non, vel non graviter exanthematibus illis fuerint obfæ, eorundem recursum vel recidivam esse metuendam; quod universale tamen non est, & ulteriori indagatione opus habet. Multæ dantur fœditates cutaneæ, quæ universam cutim extensam obsident, e. g. Scabiosæ, nulla tamen ex omnibus partibus illam corporis humani nobilissimam, faciem puta, æque occupat, ac hæc, de qua nunc sermo est, variolacea; Illa enim frontem, oculos, non partes solum eorum externas, palpebras sed etiam interdum, tristi sæpius fato, internas, bulbum, ipsamque pupillam, ad cœcitatem usque subsequenter, obsidet, dum scilicet enatæ ibi pustulæ pus acre rodendo miserè lædit ac corat partes illas admodum delicatas, ac sensiles, vel etiam parvus ille abscessus cicatriculam omnia obfuscantem, radiorum lucidorum receptionem, ad triste principium cœcitatatis, impetentem relinquit; Aliis ac communiter facies quidem varioloscatur, oculi tamen, partes illæ nobilissimæ, quoad partes internas, liberæ ac immunes manent, externis licet palpebris cœcitatem, ob tumorem & purulentiam, temporariam ob-



Nares communiter pustulis illis adeò plenæ sunt, ut ægri fauces solum respirare cogantur, quibus plurimum etiam his suffocationis periculum possunt aliquando incurrere, cum earundem copia facile inflammationem ac tumorem procreare, sicque fauces coarctare, respirationemque impedire ac minare possit; ut taceamus statum faucium sphacelosum finem hujus morbi haud infrequentem; Lingua itidem ac a ita sæpe intumescunt, ut tam medicamentorum, quam mentorum assumptionem morentur, imò partes internas & era graviter iisdem obsideri ac gravari pustulis, & symptomum gravitas & sectio cadaverum satis reddit manifestum. is nullam videtur involvere differentiam, cum morbus sit versalis, qui omnes, præsertim si epidemicè grassetur, sine unctione sexus corripit eò dispositos; Practicorum tamen lam prætendunt, in variolis adulatorum fœminas sæpe, etiam peras, citius ac levius præ Viris evasisse, quo etiam respectu videtur Dn. de la Chaume, Gallus, qui *dans son traité de la médecine Cap. de variolis* dicit, *la cause de la petite verole est un froid & humide, & attaque les enfans, comme aussi souvent Jeunes femmes à cause, qu'elles sont d'un temperament humide;* forsitan in sola humiditate causam facilioris ad variolas dispositionis haud rectè ponat; *Ætas* insignem importat variola differentiam, præsertim si aliquantum respectus ille variolæ, tanquam morbi ætati infantili & puerili congrui sentatur, hoc enim modo dicendum, non solum consentientibus sibi Practicis, sed & experienciâ ipsa & frequenti & tristissima adolescentum vel adulatorum variolas esse maximè periculosas, juniores verò facilius multò dirum hunc morbum superare, etsi & his minimè parcat; Ratione invasionis etiam multum prætendunt, iis in locis, ubi variolæ epidemicè grassatæ sunt, per ac ferè universaliter natu minimos præ majoribus, illis qui-



quidem fuisse correptos, interim tamen facilius ac citius ab  
 lis iterum liberatos, ubi tamen regionum diversarum habet  
 est ratio, quis enim editas nuper in Galliâ strages ignorat: *hereditaria dispositio* communiter pro causa universali hujus n  
 allegatur, de qua in sequentibus, hoc loco pro variolarum  
 ferentiis tradendis dupliciter considerari potest, 1. quatenus  
 fantes ex peculiari dispositione à Parentibus tractâ hunc pra  
 sè morbum gravius patiuntur, forsan quia parentes etiam  
 morbo gravius olim fuerunt detenti, vel ob aliam quamcunc  
 rationem occultam, vel 2. quatenus infantes ex dispositio  
 hæreditariâ valetudinarii ac debiles & hunc, uti alios quosc  
 que morbos, gravius patiuntur, ejusque insultus ægrius feru  
 vel etiam 3. quatenus quis ex vinculo consanguinitatis hoc m  
 bo simul, & quidem gravius laborat, qualia exempla pas  
 prostant.

Res Non Naturales ingens omninò discrimen inter vario  
 nobis ostendunt, cum ita comparatæ sint, ut in moderat  
 mutandisque morborum decursibus omnem absolvant pagina  
*Aër* variè considerari potest, vel qua medium ac vehicul  
 ipsius contagii, quo miasmata ac effluvia ex corpore hoc m  
 bo laborantis exhalantia alteri sano communicantur, ut in e  
 Massâ Sanguinea similem ebullitionem despumatoriam pro  
 cant, quo sensu ad res P. N. pertinet; vel quâ hoc vel alio m  
 do, illo tempore, quo hic & alter laborat, constitutus, dive  
 modè corpus alterat, totiusque morbi decursum immutat, p  
 fertim si consideremus ipsas aëris mutationes in ipso morbi  
 cursu contingentes e. g. ex calido in frigidum, ex humid  
 ficcum, & sic porro: Ne quid dicam de ipso Astrorum in  
 xu, quem multi, uti in omnibus morbis, ita quam maxim  
 hoc attendunt, adeò ut totam causam, (Jurene an injuria  
 viderint) ab illo derivent, uti e. g. *Dn. de la Chaume*, qui  
 dicit, *la cause de la petite verole est un venin, venant de l'inf*



es *Astres*; vel aër considerari potest sub respectu temporis  
 loci, quando & quo in loco quis variolis laboret. Nulli qui-  
 anni parti, nullique loco alligatum est hoc malum, sed  
 omnia anni tempora grassari solet, frequentius tamen vere  
 autumno observatur; Quod autem variolæ hoc tempore be-  
 næ, alio malignæ sub eadem ferè aëris constitutione sint,  
 consideratione omninò dignum est, causa verò & ratio evidens  
 æ differentia vix suppetit: In regionibus calidioribus, lo-  
 humidioribus, aliisque, ubi effluvia & exhalationes putridæ  
 copiosæ, frequentiores, copiosiores, ac graviores observa-  
 variolas, prætendunt Practici Observatores, quod assertum  
 verbis Dn. de la Chaume l. c. convenit, dicentis, *on voit*  
*certaines enfants plus malades dans la petite verole que d' autres,*  
*suivant leur complexion & la disposition des humeurs, qui do-*  
*ent en eux, & du lieu de leur demeure, car auprès des eaux tou-*  
*es maladies, qui viennent de l' influence des Astres sont plus*  
*ignes, que sur les montagnes, parce que l' air y est plus subtil*  
*plus sec qu' auprès des eaux.* Denique per aërem etiam, va-  
 variolarum differentias inferentem, intelligere possumus di-  
 um illud regimen, quo vulgus, imo etiam Medici suos  
 olosos tractant, dum alii aërem frigidum ac liberum, alii  
 uidem potissima pars calidissimum requirant, ita ut ægros  
 lerabili hypocausti calore sæpe excrucient, pondereque  
 gulorum quasi suffocent; priori verò methodo natura in  
 illo expulsionis critico impeditur, transpiratio sensibilis,  
 sudor, magni hoc in affectu momenti, si non in totum  
 rimitur, tamen sufflaminatur ac reprimitur, per consequens  
 æ illi impuritati exitus ex Massa Sanguinea, partibusque no-  
 ribus ad peripheriam corporis, partesque ignobiliores præ-  
 titur; vel illa jam expulsa, & corporis ambitum occupans,  
 n in totum, quoad sui tamen aliquam partem reprimitur,  
 e repellitur, unde symptomata admodum gravia in simi-  
 B libus



libus casibus obvia sunt, e. g. lassitudo insignis totius corporis, respiratio difficilis, oppressio pectoris, dolores cardialgici, pituitus insignes, spasmi, aliaque plura, quæ ægros sæpius manifestum vitæ periculum conjiciunt. Unde etiam vix hac ratione tanta differentia ratione temporis evasionis observatur, dum alii usque ad trigesimum diem cum hoc ipso morbo luctantur, quem alii, debita methodo observata, de quarto vel quinto sæpius die feliciter superant. Alter est etiam modus, quo ægri in lecto ferè affantur, insignis variolæ discrimen infert, hoc enim modo sanguis jam dum organum & in circulo suo turbatus in majorem confusionem, motum inordinatum rapitur, unde raptus humorum ad caput, affusionem sanguinis ad partes internas, unde dolores punè summus cephalalgia gradus, deliria imò & convulsiones oritur, quæ gravissima symptomata sæpius, temperato illo aëre, vix, statim remittunt, ægro ex faucibus mortis quasi ereptum regimen moderatum, temperatum, atque adeò tutum; loco etiam notanda est differentia illa inter variolas coherentes, confluentes, & discretas, quarum priorum, male plethoricorumque audientium, causam esse aërem hypocausti calidiorem intendunt, qui aërem liberum & frigidiorum commendant, discretarum autem via & hoc in passu incedere, tutissimum videtur, tumque verò graviores atque internæ ipsarum purulento varicellarum succo domesticæ causæ confluentiam illam & diffusionem efficiunt. *Cibus & Potus* in variolis & producendis & morandis propius & remotius concurrit, & quantitate & qualitate ad diversas quoque variolas variè se habens. Infantum puerorum voracitas Medicis quibusdam anam atque occisionem dedit, omnes ipsorum ætati convenientes & congruos morbos ab illa sola, non sine ratione ac fundamento, deducendi, uti e. g. *Gualt. ab Harris in tr. d. morb. infant. or.* infantum morbos ab abusu lactis & pulmentorum speciosè



Quicquid sit de generali tali hypothefi, quæ vix omne fe-  
 cunctum, hoc tamen certiffimum erit, infantum & puero-  
 voracitatem multorum morborum causam effe, eosdem  
 plurimum variare ac immutare poffe. Ventriculus enim  
 debilis ac tener nimiam ciborum, etiam laudabilium, quan-  
 tem perferre nequit, fed ipfi moleftos vel iterum ejicit, vel  
 ritè concoquit ac digerit, unde cruditates primarum via-  
 rum, totiusque fucceffive corporis impuritas & cacochymia  
 accititur ac generatur. Non mirum igitur, fi tales infantes  
 pueri variolarum morbo gravius affligantur, ita ut tam  
 dus invafionis, vomitibus vel dejectionibus alvinis vehe-  
 ntioribus, vel doloribus cardialgicis, aliisque gravioribus  
 fymptomatibus ftipatus, eos graviter dejiciat, quam ipfarum pu-  
 arum eruptio adeò frequens ac copiofa contingat, ut con-  
 ntes totum corpus, ejusque extremitates ac artus fædo quo-  
 tegmine inveftiant, totusque per confequens morbi de-  
 fus gravior ac periculofior evadat; Cum è contra ii, quorum  
 pora non adeò cruditatibus ac impuritatibus fcotent, omnia  
 ius patiantur, modus invadendi fit lenior, in tanta copia  
 prorumpant variolæ, totumque morbi tempus facilius fu-  
 ent; unde etiam vel ex hac ratione diverfiffimæ funt vario-  
 qua numerum puftularum, cum in talibus cafibus numera-  
 epius poffint; etfi negandum non fit, ad genium fimul va-  
 arum tum grassantium, aliaque effe refpiciendum; Ne quid  
 am de ipfa ciborum qualitate, cum notum fit, fæpiſſime imò  
 muniter infantibus etiam tenellis alimenta dura, conco-  
 difficilia, imò cruda, fructus horarios, calida aromatifa-  
 que concedi, ex quibus non poffunt non innumeræ crudi-  
 s, variæque pravorum humorum & fuccorum acrium ac  
 idorum fpecies, variorum morborum & caufa & materia,  
 duci, ac generari: non verò genesis & accumulatio caufæ  
 olarum à cibis derivanda folum venit, fed & ipfe earum



decurfus fauftus ac adverfus non rarò efficitur ciborum ufu  
nuino ac abufu, cum & convalefcere vifi unica largiore cibi  
geftione redigi ad incitas queant. Errores circa *potum* c  
nescit, annon multi, præfertim inter plebejos infantibus æ  
ac pueris vinum aliaque fpirituola præfertim in hoc, vel a  
quibuscunque morbis fub titulo ac fpecie medicamenti al  
jus cordialis & confortantis concedunt, quæ fanguinis org  
mum ac fervorem, ficque mixturæ turbationem augment, at  
intendunt, qui tamen omni modo erat fedandus, temperand  
ac compescendus, quæ atque fimiles circumftantiæ omninò  
riolas, earumque eventum & terminum immutare & vari  
valent; Huc etiam fpectare videtur diftinctio inter œno -  
tho- & hydropotas, nullum enim eft dubium, illam in  
negotio magni effe momenti, hoc enim illud ipfum eft, qu  
communiter Gallis objicitur, abufum vinorum calidorum  
generoforum caufam effe diverfitatis variolarum, dubique p  
rumque ac funefti eventus, nec forfan immeritò, ille enim  
ufus cum calore ipfius regionis ac climatis, temperamentoc  
calidiore ac fervidiore, calidorumque Medicamentorum  
combinatus, variolas benignas in malignas, funefto haud r  
eventu, mutare poteft, etfi plurimas alias gignendæ malig  
tatis caufas effe non diffiteamur. *Animi* etiam *Pathema*  
e. g. terrorem, confternationem, fi quis ex improvifo vari  
laborantem in loco aliquo offendat, sæpius jam provocaffe  
riolas, Practicorum libri testantur, & quidem tales, quæ à r  
do variolarum ordinario multum malo fuo more recesser  
peculiaremque ferè fpeciem vel gradum faltem pejorem c  
ftituerint. *Excreta & Retenta* varias etiam formant variolan  
differentias, quibusdam enim morbus vomitibus vel dejection  
bus alvinis, aliis conftipatione alvi incipit, aliis per totum m  
bi decurfum alvus eft adftricta, aliis naturali ferè alvi foluti  
gaudentibus, aliis etiam in ipfo morbi augmento, vel circa  
fi



in malo plerumque fato diarrhœa correptis, quæ quidem  
nia ad res p. n. potius pertinent, nec libet proin istis diu-  
immorari.

Res Præter Naturales hic primas tenent in pensitandis vario-  
m diversitatibus & cudendis & fovendis, agnoscendis, at-  
discernendis: pertinet huc nota in vulgus variolarum dif-  
ntia, dum distinguunt, ipsa natura & autopsia duce, inter  
olas veras & aquosas, quas vocant, quæ posteriores levitate  
ptomatum per omnia morbi tempora, totiusque morbi de-  
us brevitate à veris sic dictis variolis differunt; unde vulgò  
m ferè negliguntur, ipsisque rarò remedia opponuntur, ut  
ubinde graviter quoque præter morem affligant. *Causa va-*  
*arum in genere à diversis diversissima statuitur, dum qui-*  
*ætherem peregrinum, aërem pravum ab influxu Astrorum*  
*endentem, alii vermes, alii fermentum aliquod specificum*  
*ui generis, vel corpori aliunde illatum, vel in eo genitum*  
*asant. Communior verò ac antiquior hypothesis hunc mor-*  
*is ex reliquiis sanguinis materni ac menstrui in utero col-*  
*is deducit, sine magna tamen veri specie, cum omnes in-*  
*es non possint non in se materni sanguinis reliquias habere,*  
*omnes verò variolis corripiantur; unde Sylvius Cap. d. va-*  
*is de hac causa dicit, quemadmodum nullam rationem novi ur-*  
*em, quæ hoc assertum evertat, ita nullam etiam novi, quæ idem*  
*nter adstruat; quæ quidem hypothesis sententiæ venenositä-*  
*sanguinis menstrui statuentis, dudum jam modernis displi-*  
*ti, superstructa est. Alii illum ex esu carniū derivant,*  
*particulæ impuræ & ad fermentationem aptæ ac proclives*  
*gantur, quæ à natura quacunque etiam levi data occasione*  
*rata, & ad ambitum corporis expulsæ, variolas constituent;*  
*um autem est, illos etiam infantes, quorum matres per to-*  
*gestationis tempus carnibus rarissimè, vel planè non usæ*  
*, tamen variolis corripì; Quanquam verò videri possit, sta-*



tuendam esse causam aliquam universalem ac communem, & succo nutritio in utero commixtam, ratione cujus nullus evitare possit variolas, sufficere tamen nobis videntur impetates ac heterogeneitates in ipso infantis corpore, tam in utero, quam extra illum collectæ, quæ vel sponte, vel data occasione mixturam ac crasin sanguinis turbare valent, unde naturam illas tanquam sibi molestas ac graves ad peripheriam corporis motu ac nisu quodam critico, ad variolas constituendas, ac efformandas propellit, quæ dein pro circumstantiarum diversitate, varia subjecti dispositione, humorum majori vel minori impuritate & cacochymix gradu admodum variant, enatamque motibus illis naturæ criticis expultricibus feбри continuâ, indum diversis gradibus malignâ; Illud autem, quod si non semper, ut plurimum tamen materiam in corpore latentem movet ac excitat, est contagium externum, fermentum peregrinum aliis dictum, aliunde veniens, sanguini vel mediante salivæ glutitione, vel per aërem in respiratione, vel, ut quidam volunt per externam in ambitum corporis insinuationem, communicatum, cujus ratio formalis, quid scilicet sit, & in quo præse consistat, nondum clarè patet. Dicimus si non semper plurimum tamen materiam ab extra moveri, idque ex hac ratione, quia Practici disputant, an semper ad variolarum originem requiratur contagium, ita ut etiam primus illis in aliquo laborans, eas ex contagio habeat, cujus negativam supponunt credentes, infantem vi pravitatis & cacochymix humorum variolas dispositum, illis etiam, præsertim primum in aliqua ætate sine contagio posse corripì, probabile tamen esse, quod semel inceperint, per contagium deinde propagari, unde *Willisius Cap. d. febb.* triplicem causam, quæ scilicet semina eodem affectus in corpore latentia commovere ac excitare potest assignat, contagium nempe, variam aëris dispositionem, sanguinisque immodicam perturbationem, de qua tertia dicitur



deerit contagium, nullaque aëris maligna constitutio præcesserit, en ob sanguinem & humores nimis commotos & perturbatos c morbum vidi productum, cum nemo in tota regione agrotasset, prævio enim miasmate occulta semina nimio sanguinis fervore le in actum deduci posse, quis non agnoscet? Illius autem con- ii discrimen ad varias variolarum differentias maximè est abile, cum ex illius in acrimoniam Salino-Sulphurei princi- majorem exaltatione ipsam variolarum malignitatem, ejus- diversos gradus Medicorum Scholæ deducant, vel si ma- reciproce etiam ex ipsa variolarum malignitate varia de tagii diversitate judicent: Ad minimum hoc certum est, o tempore præ altero plures in uno loco variolis corripì, & ipi infantes, illos etiam, qui omni planè variolis agrotan- n commercio subtrahuntur, quod passim & maximè in Au- Magnatum ac Principum fieri solet. Uti autem id, quod itat ac movet, variè à variis consideratur, ac supponitur, ita m maximè illud quod excitatur ac movetur, sive ipsa quasi iolarum materia diversimodè nominatur, diversæque ipsi litates attribuuntur, dum alii acidum occultum, alii princi- m Salino-Sulphureum, alii uti e. g. *Cel. Mauric. Hoffman-* lympham acidam acrem viscoso-putrilagineam pro mate- agnoscunt, & accusant, quæ, post factam prius in glandulis globatis stagnationem, intra sanguinem denuò recepta, at- inordinatâ hujus excitata effervescentiâ motu dein critico us in glandulis subcutaneis sequestrata, affluentes chylosas ritias portiones corrumpat, ac quasi præcipitet, sicque va- is producat, quæ materiarum & humorum diversitas non est non insignem inferre, innumeris heterogeneitatum com- tionibus, variolarum differentiam.

Symptomata, supra jam in ipso dissertationis exordio tacta, in ipso morbi exordio, & sub primis in sanguine moribus valentis, quam in ipso decursu & fine, varia admodum ac di-



diversa observantur, quæ per consequens etiam pro ratione temporis graviora vel leviora sunt, majusque vel minus minatur periculum, sic e. g. motus convulsivi, vel etiam vera Epilepsia in ipso morbi initio sub fortioribus illis naturæ heterogeneæ peñentis nisibus ac conatibus contingens, à mulierculis etiam duce experienciâ, pro signo bono feliciter succedentium varolarum habetur, tantum abest, ut eas admodum terreat, cõtra in ipso morbi decursu ulteriore & versus illius finem nunquam non ipsis sit ac maneat suspectissima. Alvi constictio & adstrictio ordinarium ferè variolarum symptoma est, mali ominis, præstat enim per totum morbi decursum alvi habere siccam & adstrictam, quam diarrhoeâ plerumque fusa ac lethali corripitur, unde etiam naturam ad hoc officium monere ac irritare rarissimè convenit; quamquam nec hæc regula sit sine exceptione, exempla enim eorum prostant, quibus turgentibus jam ipsis pustulis, ex improvviso sine ulla data occasione alvus facta fuit lubrica, magnamque foetidi admodum quaminis copiam rejecit, cum variolarum ad modum verrucarum exsiccatione, ægrique in pristinum sanitatis statum restitutione subsequente, quæ tamen quotidianis annumeranda sunt, nec evertunt regulam: Sic eadem fata habent hæmorrhagiæ narium, aliaque symptomata excretoria, quæ pro diversitate subjectorum, reliquarumque circumstantiarum diversa sunt, & diversum effectum edunt, nunc infaustum, nunc salutarem; In macularum ac pustularum eruptione hoc phænomenon notari meretur, quod interdum impetuosè & in maxima copia, sed malo sæpius fato, prorumpant, & dein facilè collescant, confluant, ac collabuntur, coloremque sævi æmulum lividum, pallidum, nigricantemque subinde, plerumque fuscum, offerant, cum omninò præstet successivè prorumpere variolas, etsi nec tanta copiâ nec frequentiâ, coloremque lividum rubedine tinctum ostendere: Aliæ verò tardissimè,



nèque erumpunt, imò jam sese ostendentes in superficie hæsitant, nec augentur, imò videntur minui. Obesa ad-  
um nuper puella cæpit Lunæ die ægrotare, data sunt do-  
ica remedia, aqua fumarix, similiaque, Mercurii die pu-  
vel eminentiæ saltem rubicundæ se conspectui offerebant,  
auctæ tamen nec numero nec quantitate, imò diei infe-  
tis horis matutinis videbantur se velle subducere, oriuntur  
ò epileptici motus, consulitur demum Medicus, imponun-  
implastra vesicatoria, redit epilepsia, aliquot minutis post  
venit vomitus cruentus largissimus, expiratque puella su-  
ante data remedia; ante triennium verò puer gravissimè  
mbens, cum videretur inter truculenti morbi violentias  
gere, subitò aborta diarrhœa cruenta occubuit. In aliis  
n eruptionis tarditatem augmenti celeritate & decursus fa-  
te compensant pustulæ. Pustulæ plurimum differunt quan-  
e, puris contenti copia, ac fluiditate & acrimonia, & sig-  
nis duratione aut protractione varia, ipsiusque escharæ ex-  
majori vel minori siccitate, ac lapsu faciliiori aut difficilio-  
it tardiori.

Retrocessio maximè formidandum symptoma est, quo-  
que morbi stadio ac tempore eveniat, grave enim est ma-  
os humores ad circumferentiam tanto conatu extrusos, re-  
i ad centrum, & regredi ad fontem vitæ debilitatum, quan-  
n sæpe difficile sit, juxta circulationis leges tales motus &  
essus explicare.

Non rarò inflammatio interna supervenit, imò & externa  
m, in abscessum tendens quandoque, imò & in gangrænam,  
emque ossium subjectorum, ut fœda sæpe ulcera maneat,  
adat æger, adeò corrosivam indolem induere possunt hu-  
es desciscentes.

Quisquis verò ingentem variolarum diversitatem penitius  
erit perspicere, visitando promiscuè decumbentes tempo-



re grassationis epidemicæ scopi sui fiet compos; videbit puer alacres cum variolis circumcursitantes ac vagantes liberè, debet in principio graviter decumbentes, postea pustulis erumpentibus rectè valentes, alios in principio benignè habitos, decursu gravissimè afflictos, alios in omni morbi fœdi stadiis pacatos, alios agitados, alios valdè debiles, alios vigente etiam appetitu alacriores, quosdam mitibus symptomatibus detentis, alios gravissimis & extrema minantibus obrutos. Hinc & tanta convalescentium diversitas ratione moræ, virium, cicatricum, macularum, aliarumque circumstantiarum.

Quis vero ista omnia non evitaret omni studio, si artificiosa insitione variolarum atque excitatione effici res que? Nemo autem inter nos hætenus imitatur Græcos Constantinopolitanos, nec forsan in arbitrio erit posita res tanti momenti, nec tutus erit satis post hæc tentamina æger ab ulteriori variolarum aggressione, nec forsan illæ semper prodibunt ad lulum inferentis. Multa videntur pulchra in Theoria, quæ non succedunt in Praxi, hæc igitur istam decidet controversiam.

**P**ustula quam variis surgat malefida papillis,  
 Quamque maligna cutem fœdet, & inficiat,  
 Disceptando doces: Studiis insistere, & omni  
 Desudare operâ perge; beatus eris!

Clariss. D. Respondenti pos.

PRÆS

**P**agina non patitur plures adscribere versus:  
 Gratulor! hoc unum pignus amoris habe!

Imque pos.

JOH. CHRISTOPH. CAMERARIUS, Med. Sc.

**P**erge bonis avibus, sic Te fortuna coronat,  
 Et dat pro meritis præmia digna Tibi.

Sic Nobilissimo Domino Respondenti applaudit

E. F. CASPAR, Med. Cand. & O



monstrasse suas dotes, non ultima laus est,  
*Variolis laudes sic variare decet.*

sem superare *Tuae* specimina laudis,  
 quod degis, spatium temporis exiguum.  
 rum raris gauderent actibus uti  
 genium rarum, rara subinde decent.  
 nec non virtus hæc *Te* comitentur abundè  
 im laurus clarum clara coronet opus!

Nobilissimo atque Præclarissimo Dn. Resp. Fautori atque Amico  
 suo æstimatissimo, hæc pauca cum voto omnigenæ Salutis  
 apponere voluit ac debuit.

THEOPH. HENRICUS SARWEY, Med. Cand. & Opp.

Uam varia ostendis, de morbo Variolarum  
 Dum certas, quod sint præmia pacta Tibi.  
 edant cœptis, sic optat *Amicus* Amico,  
 æ tu cunque voles, omnia fausta *Tuis*.

His Nobilissimo Domino Resp. sese commendare voluit Opponens.  
 J. G. MOEGLING. Med. Stud.

A Du Dich / werther Freund / auf den Catheder schwingst/  
 So muß ich billich Dir als Landsmann gratuliren /  
 weil Du von deinem Fleiß so schöne Früchte bringst.  
 fort/ biß Dich das Glück bald wird zur Praxi führen/  
 wird man deine Cur nicht gnugsam rühmen können/  
 unser Duttlingen wird sich höchst glücklich nennen.  
 Dieses wenige wollte seinem werthisten Herrn Vetter/ Landsmann/  
 und Bruder besetzen

NICOLAUS FRID. BRAUN, L. L. Stud.

A Sein gelehrter Fleiß heut schöne Proben mehret /  
 Und uns die Eigenschafft der Kinder-Blatern lehret:  
 so schreib ich diesen Schertz noch seinem Lobe bey:  
 von Lieb und Blater'n ist fast keine Seele frey.  
 la Fides Ægros servat Medicosque salutis,

Hæc in utroque manus, sit *Tibi* sola Fides.

Ecquid optabilius, æstimatissime Domine Cognate, quid vero &  
 amicitæ convenientius, unico hoc vividioris Praxeos Evange-  
 lico-Medicæ fundamento apprecari poterant

*Tuis* Tuorumque laudibus ac gaudiis συγχαίροντες ex animo

M. PHIL. JAC. GOTTFRID, }  
 JOHANN PHILIPP, }  
 FRIDERICH JOSEPH, }

BRAUN S. S. Theol. ac  
 Phil. Stud. nec non Scriba.



**D**um prenas Medicas, Mi *BRAUNI*, sedulus artes,  
Omine felici præmia digna feres.

Ita applaudit

JACOB BERNHARD HUMMEL Med. Stud.

**W**as für besondern Fleiß Herr *BRAUN* geheget hab/  
Das legt Er öffentlich im disputiren ab.  
Ich wünsche Glück dazu: *GOTT* seegne sein studiren /  
Und woll Ihn ferner noch mit schönen Gaben zieren.

Zu Contestirung seiner aufrichtigen Freundschaft wollte dieses beysetzen

ELIAS DAVID CAMERER, Provisor  
der Camerischen Apotec.

**D**octorum plausu conscendis Amice Cathedram  
Hinc precor, ut studiis adsit Jova *Tuis*!

JOH. DANNENBERGER

**S**ollt unser Vatterland sich heuthe nicht erfreuen /  
Da ich von Deiner Kunst so schöne Proben seh?  
Sollt man nicht billich Dir heut Lorbeer Zweige streuen /  
Und wünschen/ daß es Dir noch ferner wohlergeh?  
Der Himmel sey mit Dir / und laß es wohl gelingen  
Das Deine Praxis einst nach allem Wunsch gedey!  
Minerva wolle Dich zu hohen Ehren bringen /  
Und alles stehe Dir auch nach Verlangen bey!

Seinem werthisten Herren Landsmann sollte dieses beysetzen  
J. A. WOELFFLIN, Posthalter in Dusslingen

